

TRACTATUS DE
CODICILLARIS CLAVSVLÆ EFFECTIBVS ET DEFECTIBVS:

IN QVO
Materia TESTAMENTORVM, item Substitutio-
num, Legatorum, Fideicommissorum, Tre-
bellianicæ, &c. succinctè & elegan-
ter explicatur:

*Omnius in foro & scholis versantibus non minus utilis,
quàm frequens & necessarius.*

A V T O R E

D. FABIO TURRETTO PERVSINO,
I. V. D. PRAESTANTISSIMO.

*In famosissimo patriæ suæ Gymnasio professore publico, & nunc
in celeberrimo Auditorio Florentino pro secunda
vice Auditore dignissimo.*

Nunc primùm in Germania excusus, & ab innumeris
mendis repurgatus.

Adiecta sunt Summaria, Indexq; copiosus.



COLONIAE AGRIPPINAE,
Ex Officina Ioannis Gymnici, sub Monoceroto,
Anno M. D. X C VI.

Cum gratia & Priuileg. Cæs. Maiest.



SERENISSIMO FERDI-
NANDO MEDICEO, MAGNO
HETRURIAE DVCI, FABIVS
TYRRETTVS S. P. D.



*V*M primū ad hoc litterarum
genus animum appuli, nil mihi po-
tius fuit, quā ut in eum virum
euaderem, qui & amicis utilita-
tem afferre, mihi verò laudem ali-
quam comparare possem. Itaque
postquam Doctōratus laureā sum
adeptus, ilico capi cogitare, qua-
nam potissimum ratione voti meo
compos fierem. Ecce autem Co-
ues mei, qui meum consiliū probè nos-
sent, in publicum gymnā-
sij Perusini suggestum me compulerunt,
ut de superiore loco, studiose iu-
uentuti, prima iuris civilis rudimenta
instillarem. In quo munere ita me gessi,
ut idem mea industria, atque eru-
ditionis testes, aliam atque aliam subinde
occasionem iuris Civilis interpretandi
mihi obtulerint: quo tamen temporis
spatio non omisi, sicubi ab amicis
consultus fēi, de iure respondere,
cuius rei specimē superioribus annis
præbui, edito primo volumine
Consiliorum, quod sub tuo nomine,
Serēnissime Princeps, apparere volui,
nunc verò alterum fœtum, quem diu
parturivi, denique pario, cumquē tibi
dicandum esse censei, ut summorum
erga me meritorum, quorum nulla
temporis longinquitas memoriam
abolebit, aliquod grati animi
argumentum extaret: quod etsi per se
perexiguū videri possit, nec villo pacto
dignum, quod in tuum conspectum
appareat, tamen si veluti animi
mei iudicium à te suscipiatur, nec tibi
indecorum, & verò mihi gloriosum
in omne tempus erit. Nolo autem,
Serēnissime Princeps, te diutius
occupare, dum pluribus narro,
qua occasione, quōne consilio hunc
librum confeceris, videlicet ne in publica

Mouetur † ea ratione, quia illa dictio, saltem, est di-
ctio diminutiva, & illud significare debet, quod si iu-
re testamenti non potest valere, deueniatur ad illud,
quod est minus, quod est codicillus, quasi quòd volue-
rit dicere, quòd voluit valere iure testamenti, & saltè
in defectu iure codicillorum. Sed sic est, quòd quando
ita verba sunt concepta non datur electio, igitur.

Secundo loco † Gabriel in d. loco, adducebat l. 1. §. si
ex fundo. ff. de hæred. instit. vbi fit subauditio ad susti-
nendam voluntatem testatoris, ita in casu nostro.

Tertio loco, † ego adducebam Corn. in cons. 193. sub
nu. 2. lib. 4. vbi dicebat, quod ita demùm actus explici-
tus cum illa dictione (saltem) admittitur, quando pri-
mus actus expressus non potest valere, sic in casu no-
stro, & videtur velle Bart. in l. 1. in prin. ff. si quis ius di-
centi. vbi dicit illam dictionem implicare, sequitur
Marcabru, cons. 32. nu. 161. lib. 1.

Ex quibus etiam verbis Bart. colligitur, quòd illa
clausula eo modo concepta operatur, quod si testamen-
tum valet, illa clausula nihil operaretur: & ecòuersò,
si non valet, operatur.

Quæstio 14.

Effectus 10.

SUMMARI A.

- 1 Clausula codicillaris concepta hoc modo, volo, quòd va-
leat iure testamenti, & iure codicillorum: operatur,
quòd hæres possit eligere quòd remedium velit. Decla-
ratur duobus modis. nu. 4. & 5.
- 2 Dictio &, resoluitur aliquando in disiunctiuam.
- 3 Electa vna via, hæres eligens ad aliam redire non po-
test.

QUæritur, si à testatore in suo testamento dictum
fuerit, volo quòd valeat iure testamenti & iure
codicillorum: An hæres in hoc casu eligere po-
terit?

Respondetur † hæredem eligere posse, quod iure &
authoritate probatur.